

## Prohemium

## Capitulū. III.

pam cecidit non debere aliquā ad salutem subleuari. audiens hoc diuina bonitas quod propter hominem inter se sic disceptarent placuit sue paterne clementie primum quod non dirimere. sedare discordiam iniuriarum nulli facere. **R** Et quia hoc congrue decenterque fieret sapiēti suum opus consilio. Unde ipse pater sapiam suam. id est filium de hac re consuluit. que sapientia tale consilium adinuenit ut ipsam per se ipsam sapiam humana carne sevestiret. et per eterno prothoplasti piaculo assumptum a se hominem morti mordendum obijceret. sed latente deitate mordente mortem illaquearet et sic moriendo ad deum bitum homo veritati et iusticie solueret et resurgendo captam vitam deitatis mortem in eternum precipitaret. Cui scilicet omnes assenserunt. vix veritas et iusticia pax et misericordia. et accepta satisfactio veritas et iusticia. misericordia et veritas sibi obuiauerunt. iusticia et pax se osculate sunt. **E**rgo venit plenitudo temporis quo clementia dei patris hominem recuperare disposuit. missus est gabriel archangelus occulti consilii baiulus ad virginem de stirpe dauidica cui reposita sunt testamenta fidelia dicens. Ave gratia plena dominus tecum. Que brevi deliberatione premissa citius respondit. fiat mihi secundum verbum tuum. Nec mora reuertit nuncius et virginalem thalamum ingredi christus. Natus quippe fuerat ab arce patris filius dei orbis conditor atque ventre virginali caro factus prodijt. exiit namque per clauisam portam deus et homo. lux et vita. conditor mundi. et secundum prophetam Baruch. iij. post hoc in terris visus est et cum hominibus conuersatus. et sic per verbum incarnatum factus est humani generis reparatio. non quod aliter saluari non potuit. sed quod nullus modus alius congruebat ipsi reparatori. reparabili et reparationi. **C**ongruuebat inquam iste modus reparatori pro quem decebat omnem

vere suam potentiam. sapiam. et bonitatem. **Q**uid autem potentius quam coniungere duo extrema summe distantia hoc est creatorem et creaturam. **Q**uid vero sapientius quam quod ad perfectionem totius vniuersi fieret coniunctio primi et ultimi hoc est ubi dei quod est omnium principium. et humane nature que in operibus sex dierum fuit ultima omnium creaturarum. **Q**uid benivolentius quam quod creator reprobare se voluit rebus creatis. **F**uit etiam modus iste congruentissimus reparabili. quod homo pro peccatis corruit in infirmitatem. ignorantiam et maliciam per quam ineptus factus est ad veritatem diuinam imitandam. ad veritatem cognoscendam. et ad bonitatem diligendam. **I**deo deus factus est homo per quod se reddidit homini imitabilem. cognoscibilem. et amabilem. **F**uit sane iste modus congruentissimus nostre reparationi quo deus in forma serui salutem serui procuraret.

### Capitulum III.

## ¶ Vnt et alie rō

nes quare fuit conueniens deum incarnari. **P**rima fuit. quod per uariatos abstulit nobis deus. conueniens ergo fuit ut reparator redderet nobis deum. **S**ecunda. quod humilitas deuit deum. sed non potuit humiliari usque ad penas in natura diuina. oportuit ergo quod in humana. **T**ercia ut esset humilitas tanta in reparatione quanta fuerat superbia in preuaricatione. quod superbia fuit tanta ut hominem esse deus. nisi humilitas tanta esse debuit ut deus fieret homo. **E**t notandum quod quibus opera trinitatis sint indiuisa ita quod quicquid operatur una persona operatur et alia. tamen solus filius suscepit carnem et non pater vel spiritus sanctus. quod ad solum christum pertinet caro. et licet filius suscepit carnem. non tamen deseruit patrem. nec se diuisit a patre. **S**uscepit inquam filius carnem in propria se. et tamen pater et spiritus sanctus non deficiunt.

## Isrobemium

maiestate in diuinitate equalitas in carne sola filij proprietatis. nō autē ab eo p̄tis aut sp̄s sancti recessit aliquā diuinitas. Cū ḡona sit deitas. vna deitas impletur quidem carnē xp̄i pater et sp̄s sanctus sed maiestate et noui susceptione. Si celū et terrā implet pater implet sp̄s sanctus carnē xp̄i de se vere al̄s deserre nō potuerūt q̄n in diuinitatis vnitatem manserūt. **P** Dicendū est etiā q̄ opus incarnatōis quibz attribuit p̄ti ut ibi q̄n venit plenitudo t̄pis misit d̄s filiū suū. Quibz attribuit filio ut ibi exiit a patre et venit in mundū. Quibz spiritui ut in symbolo. Qui conceptus est de spiritu sancto. **S** ideo h̄c dicunt q̄ opus incarnatōis fuit maxime potentie sapientie et bonitatis que tribz personis attribunt. **Q** Sūt autē plures r̄sones q̄re filius incarnatus fuit et nō pater vel sp̄s sanctus. **P**rima ut p̄ eandē sapientia q̄ mundū d̄diderat re p̄tio fieret. **S**ecūda est ut q̄ filius est in deitate esset et filius in humanitate. **T**ercia ut patris erga nos ostenderet caritas. **U**t iohānes. **S**ic deus dilexit mundū ut filiū suū v̄nigenitū daret. **Q**uarta q̄ nullū decet magis reducere hōiem ad dinā cognitionē q̄ v̄bum quo se pater declarat qd̄ est v̄mbile carni sicut et v̄bū vocis. **Q**uinta q̄ nullum decet magis reducere ad filiationem adoptiuā q̄ filiū naturalē. **E**t quāuis filius dei humanā assumpsit carnem nō t̄n se diuisit a patre sed totus et integer manēs apud patrem integer et indiuisus in humano aduenit corpore. non em̄ p̄s v̄nigenitus venit in corpore nec ipse se diuisit ut dimidius apud patrem et dimidius esset in v̄gine s̄z totus apud patrem et totus in sinu patris totus in h̄mano genere corpore nō relinquēs superiora veniūt q̄tere terrena q̄ in celis sunt suans q̄ in terris sunt saluans v̄biq̄ totus et

## Capitulū. III.

in celo et in terra et apud patrem et in v̄gine. **R** Notandū etiā q̄ in cōi re p̄tione oīm decens erat ut fieret p̄cur sus triū de triplici ierarchia. s̄. diuina angelica et h̄mana. **U**t in m̄stero in carnatōis fuit p̄cur sus angeli nūcian̄tis et v̄gimis p̄cipietis ac v̄bi dei carnem assumentis. **S** Cū v̄o filius dei in mundū mittit non fuit loci mutatio s̄z nature h̄mane assumptio q̄z ip̄i mitti est eē ab alio v̄biq̄z ut prius fuit ab initio. h̄c alteritas non ex p̄te eius q̄ est cū sit immutabilis s̄z ex p̄te eius in quo est q̄z v̄n̄i nostre carni v̄n̄i mutatō nō fuit ex p̄te sui sed ex p̄te n̄i q̄z post incarnationēz fuit in patre sicut semp

**Ca. III.**  
**P**ostquā autē filius dei p̄pter salutē h̄mani generis hōiem assumpsisset al̄s carnez et incarnatus fuisset in eadē carne incepit aggredi modū p̄ quē genus humanū saluū faceret qd̄ p̄terat. **I**ste autē modus redēptionis n̄e fuit amara passio et mors sua p̄ quā saluati et a morte eterna liberati sumus. **D**e qua ip̄e ait. **N**isi granum frumenti cadēs in terrā. mor. fu. ip. so. ma. **Q**nod exp̄nens beatus augu. d̄r. **S**e autē dicebat granū ip̄e mortificanduz infidelitate iudeoz et multiplicanduz fide oīm populoz. **I**tem d̄ns alibi d̄r. **E**go si exaltatus fuero oīa traham ad meipsum. **E**t sicut moyses exaltauit serpentē in deserto ita exaltari oportet filius hōis ut omnis qui credit in ip̄o non peat s̄z habeat vitam eternā. **U**t per ista igit̄ dicta intelligere debemus q̄ salus eterna p̄fluxit humano generi ex passione xp̄i q̄m sustinuit ī cruce sua passione diabolum vicit quem ligauit in infernum quem spoliavit mortē quā sup̄pauit celūq̄ apuit. **X** De mō